



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 13. Mortis Sententia in Nadastium, cæterosque reos Proceres  
promulgata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Ingolstadiensem, Tubinganam, & Lip-<sup>Sæc.</sup> XVII.  
siensem, necnon ad Spirensse Tribunal A.C. 1670.  
totius caussæ tabulas deferri voluit, ut  
malignos, quos passim Protestantes  
spargebant, rumores dissiparet, perinde  
achi nonnisi captivorum divitiæ, &  
Sectariorum in Hungaria oppressiones  
sub rebellionis obtentu quærerentur:  
Invaluerant quoque Romæ in plebe  
eiusmodi suspiciones, adeo, ut ipsem  
Pontifex vel Hungarorum precibus,  
vel aliorum errore inductus, datis ad  
Cæsarem literis pro innocuis alienæ  
invidiæ victimis deprecaretur, præ-  
fertim vero pro Serinio & Nadastio, de  
Republica Christiana contra Turcas &  
Sectarios optime meritis. Perlecta  
hac Clementis X. epistola, Leopoldus  
Pontifici propriis reorum confessioni-  
bus ad eundem transmissis satisfecit.

### §. XIII.

*Mortis sententia in Nadastium, cete-  
rosque reos Proceres pro-  
mulgata.*

Quamvis omnium Judicum & Aca-  
demiarum judicio quatuor hi No-<sup>Rinck p. 654.</sup>  
biles morti fuissent adjudicati, dudum <sup>& seqq.</sup> Lunig Cod.  
tamen Clementissimus Imperator Leo-<sup>Germ. Dipl.</sup>  
poldus ferali sententiæ subscribere ter-<sup>t. I. p. 1559.</sup>  
giversabatur; urgebant vero reniten-  
tem

Sæc. XVII. tem Aulicorum fidelissimi, Imperiique  
 A. C. 1670. Principes, eidem exponentes, ejus-  
 modi clementiam fore crudelem, ut  
 tam atrocis delicti impunitate rebel-  
 lum audacia provocatur, & regni-  
 lis, ac innocens plurimorum sanguis  
 intempestivæ pietati immolatur. His  
 rationibus devictus Imperator, die vi-  
 gesima quinta Aprilis mortis senten-  
 tiam reis denuntiari jussit, ut verum  
 ex criminum atrocitate justitia sup-  
 plicii eluceat, haud incongruum erit  
 totum sententiæ tenorem expromere,  
 quæ erat hæc:

„Post demandatam a sacra Cæ-  
 „rea, Regiaque Hungariæ ac Bohe-  
 „miæ Majestate, contra hæreditatis  
 „suos subjectos Franciscum Nadasium,  
 „Petrum a Zrin, Franciscum Chiril-  
 „phorum Frangipanum, & Joannem  
 „Erasmus Tattenbach in causa Re-  
 „bellionis, & Perduellionis inquisiti-  
 „onem; & celebratum, deductum, cor-  
 „clusum, & ordine collatum crimini-  
 „lem processum latæ. Postquam N.M.  
 „vel Clementer mitique examini fe-  
 „pius subjectus sponte confessus et  
 „vel per alia in judicio inquisitionis  
 „scripturarum instrumenta, ac deposita  
 „contra eum testimonia sufficientia  
 „convictus, quod oblitus omnium,  
 „quæ a S. Cæfarea Majestate ejusdem

„que

„que antecessoribus accepit, benefi-  
ciorum, honorum, ac Dignitatum, \_\_\_\_\_  
„aliarumque eminentium gratiarum,  
„immemor quoque præstiti a se jura-  
„menti & obligationis per detestandam  
„ambitionem, execrandamque teme-  
„ritatem, gloriæ & vindictæ cupididi-  
„tatem, læsæ Majestatis crimen se-  
„quentibus punctis incurrerit.“

Sæc. XVII.  
A.C. 1670.

#### §. XIV.

#### *Nadastii Crimina.*

Quod cum diversis damnata legibus,  
„& ut eventus docuit, suo legi-  
„timo Regi ac naturali Domino Augu-  
„stissimo Imperatori Hungariæ, Bo-  
„hemiaeque Regi nostro Clementissimo  
„Principi summe pernicioſa fœdera ini-  
„verit, ad obligationem contra ean-  
„dem Cæſaream Regiamque Majesta-  
„tem cooperatus sit; & regnum exter-  
„næ potestati ac protectioni subjicere  
„quæſiverit, dicta fœdera (licet irrito)  
„ac supremæ Dei Majestati summe in-  
„jurioso juramento firmaverit, alios  
„que plures ad hoc crimen induxerit:  
„ideoque clandestinis conventiculis  
„vel præſens ipſe, vel per alios adfue-  
„rit, & ut ſibi nobilium & Comitatuum  
„animos ad promovenda detestabilis  
„læſæ ambitionis confilia devinciret,  
„nihil